

8"

Asc.

2051

8 Octo. 2054

Hunc libellū dono dedit Albertus Schwen  
el honesto atq; religioso Mattheo Roser.  
~~et in predicatorē fratre~~

Fratet Mattheo Roser.

W



# DEVOTI AC PIE RHYTHMI IN SACRIFI

cio Missæ ante vel post elevationem, per  
singulos hebdomadis dies, à quouis ho-  
minum vel dicendi vel  
canendi.



Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.  
In Monasterio Tegernse impressi.

---

M. D. LXXIX.

**DOMINICA DIE, AD SANCTAM**  
**Trinitatem, in tono: Patris sapientia.**

I.

**A**lme rerum conditor,  
In personis trine,  
Quem vnius fateor  
Virtutis diuinæ:  
Te laudare molior  
Stylo columbinæ  
Vocis: salua deprecor  
Me in meo fine,

/2.

Bene-

Benedicam, Domine,  
Tuam maiestatem,  
Cœlesti cum agmine,  
Per æternitatem:  
Si tuo cum lumine  
Meam cæcitatem  
Pellis, & cum criminie,  
Omnem prauitatem.

3.

Causa tu pulcherrima  
Omnium bonorum,

A 2

Quam

Quam laudat Catolica  
Pleisonis eti unorum:  
Aufer cu ista iusta dica  
Defider oratio  
Nec non ~~laetifica~~  
Cum ca vissrum.

Ens quod laudant superi  
Summo cum conatu,  
Angeli & cæteri  
De cœli comitatu:  
Ad te clamant miseri,

Ma-

Maximo ploratu,  
A tuo vt liberi  
Fiant incolatu.

50

Grates nunc referimus  
Sanctæ Trinitati,  
Qua sumus & viuimus  
Fide congregati:  
Tibinos prosternimus  
Summæ bonitati,  
Ut nos mundes ocyus  
A sorde peccati.

A 3 Verē

6.

Veres lux nobilis  
Super omnem lucem,  
Quem nostrum cum angelis  
Prosternit ducem:  
A nobis cum scandalis  
Hostem pelle trucem,  
Qui ligatus vinculis  
Est per sanctam crucem.

7.

Christianæ pluribus  
Malis iam oppressæ

Plebi,

Plebi, Deus, citius  
Digneris adesse:  
Dum naturæ legibus  
Mori est necesse.  
Electorum cœtibus.  
Nos fac interesse.

8.

Zelotes amabilis,  
Pater, logos, flamen,  
Quem laudat cum angelis  
Nostrum congregamen,

Seruet à periculis  
Nos tuum solamen,  
Et finitis sacerulis  
Ad te ducas. Amen.

9.

Cuncta mecum concinuant  
Summæ Trinitati  
Laudes, & qui habitant  
Cœlos iam beati:  
Nec non se subiçiant  
Suæ bonitati, no

Pluri-

Plurimum quos aggrauant  
Onera peccati.

FERIA SECUNDA, DE  
æterna Sapientia.

I.

S Alue iubar sæculi,  
Stella matutina,  
In conspectu populi  
Fulget lux diuina,  
Quæ est cara languidi  
Vitæ medicina,      A    s   Nos

Nos in mundo labili  
Seruans à ruina.

2.

Salue gemma nobilis,  
Vera margarita,  
Cœlicis virtutibus,  
Perfecta, munita:  
Non depicta manibus,  
Sculpta vel polita:  
Hoc scit summus artifex,  
Qui te fecit ita.

Ille

3.

Ille color cœlicus,  
Qui in te splendescit,  
In eodem permanet  
Statu, nec decrescit  
Diurno tempore,  
Minime palescit,  
Fecit te, rex gloriae,  
Fallere qui nescit.

4.

Nesciens putredinem,  
Seruans incorruptum,

Quod

Quod est à Christi colis  
Coram te deducimus:  
Tu vertes in gaudium  
Gemitum & lucum,  
Confer saluberrimum  
Te videndi fructum.

5.

Salve decus saeculi,  
Speculum sanctorum,  
Te videre cupiunt  
Spiritus cœlorum:

Nos

Nos ab omni macula  
Purga vitiorum,  
Atque nos confortio  
Iunge beatorum.

6.

Esto nobis, quæsumus,  
Tutum adiuuamen,  
Dulce refrigerium,  
Atque consolamen:  
Ut nobis non noceat  
Hostile grauamen,

Sed

**S**ed fruamur requie  
Cum beatis. Amen.

**FERIA TERTIA AD**  
*Veronicam.*

**I.**

**S**Alue sancta facies  
Nostri redemptoris,  
In qua nitet species  
Divini splendoris,  
Impressa panniculo  
Niuci candoris,

**Dataq;**

**Dataq; Veronicæ  
Signum ob amoris.**

**2.**

**S**alue decus fæculi,  
Speculum sanctorum,  
Quod videre cupiunt  
Spiritus cœlorum:  
**N**os ab omni macula  
Purga vitiorum,  
**A**tque nos confortio  
Iunge beatorum,

**S**alue

3.

**S**alue vultus Domini,  
Imago beata,  
**E**x æterno munere  
Mirè decorata:  
**L**umen cordibus funde  
Ex vi tibi data,  
**E**t à nostris sensibus  
Tolle colligata.

4.

**S**alue robur fidei  
**N**ostrae Christianæ,

**L**eñtrum

**D**estruens hæreticas  
Labes mentis vanæ.  
**V**itæ auge meritum,  
His qui cernunt sane  
**I**llijs effigiem,  
Qui rex fit ex pane.

5.

**S**alue nostrum gaudium  
In hac vita dura,  
**L**abili & fragili,  
**C**itò peritura:

**B**

**Nos**

Nos d̄duc ad propria,  
O fœlix figura,  
Ad videndum faciem,  
Quæ est Christi pura.

6.

Salve ô Sudarium  
Nobile iocale,  
Es nostrum solatium  
Et memoriale  
Eius, qui corpusculum  
Assumpsit mortale.

Nostrum

Nostrum v̄eruin gādium,  
Et bonum finale.

7.

Esto nobis, quæsumus,  
Scutum & iuuamen,  
Dulce refrigerium,  
Atque consolamen:  
Ut nobis non noceat  
Hostium grauamen,  
Sed fruamur requie  
Cœlitem. Amen.

B a

Feria

**FERIA QVARTA, DE COMPASSI  
one beatæ virginis Mariæ.**

I.

**M**ater sapientiæ,  
Rosa sine spina,  
Maria ingemuit  
Hora matutina,  
Dum audiuit Dominum  
Captum & ligatum,  
Pergit Ierosolymam,  
Ut videret natum.

**Hora**

2.

Hora prima Filium  
Cæsum & afflictum  
Cernit, & ab impijs,  
Vinculis astrictum,  
Ad Pilatum præsidem  
Duci cum clamare,  
Fili clamans corruit  
Magno præ dolore,

3.

Acclamantem populum  
Hora Tertiарum      B 3    Crucis

Crucifice percipit,  
Cor plus fit amarum:  
Spinis punctum aspicit  
    Natum, & ferentem  
Crucem, sequens Filium,  
    Mœstam habens mentem,

4.

Hora sexta Dominum  
In cruce leuari  
Perspicit, & ferreis  
    Clavis conclauari,

Frangi

**F**rangi membra geniti,  
Et sanguine fundi:  
**I**nde fit exanimis  
**D**ominatrix mundi.

5.

**H**ora nona Spiritum  
Patri commendantem  
**A**udit natum lugubri  
Voce expirantem:  
**C**uius latus lancea  
**Q**uando perforauit,

B 4

**G**eni-

Genitricis viscera  
Ferrum penetrauit.

6.

De Cruce depositum  
Hora vespertina  
Tenet inter brachia  
Cœlorum Regina:  
Quem dum lauit lachrymis  
Madidum cruore,  
Se aspergit sanguinis  
Sacratidolore.

Hora

7.

Hora completorij  
Quando sepulturæ  
Corpus sacrum traditur,  
Virgo mater dure  
Lamentatur, eiulans  
Se tam desolatam,  
Natoque tam inclito  
Sic fore priuatam.

8.

Has horas canonicas  
Tibi cum amore, B. & Virgo

Virgo mater, offero  
Pro tuo dolore:  
Ut quæ crucem filij  
Mente pertulisti,  
Nos ducas ad gaudia  
Coæterna Christi. Amen.

FERIA QVINTA, DE ANGELIS.

I.

S Vmma Deo agmina  
Trinæ hierarhiæ

Modu-

Modulantur carmina  
Dulcis Symphoniae;  
Mea nunc precamina  
Exaudite pie,  
Cunctaque discrimina  
Propulsate viæ.

2.

Seraphim sympathicus  
Deum contemplantes,  
Cæteris ardentius  
Ipsum peramantes:

Cor

**C**or meum sincerius  
Sitis radiantes,  
**A**c amoris fortius  
Igne inflammantes,

3.

**D**ei ex præsentia  
Estis illustrata,  
**P**lenaque scientia,  
Cherubin beata:  
**P**er vos hinc scientia  
Fiat renouata,

**Dei**q;

**D**eique notitia  
**M**ihī detur grata.

4.

**C**horum datis tertium  
Throni, sedes Dei,  
**V**nde fit iudicium  
Iusti atque rei:  
**A**nimi hospitium  
Condecenter mel,  
**D**ignumque triclinium  
Præparetis ei,

**Sub**

5.

Sub dictis spiritibus  
Dominationes  
Præsunt, dant minoribus  
Ministrations:  
Animæ virtutibus  
Hæ subiectiones,  
Debitas & viribus  
Donent actiones.

6.

Iustis qui hominibus  
Præsunt Principatus,

Et

Et eorum actibus  
Tribuunt conatus:  
Per hos bonis moribus  
Semper ordinatus,  
Sanctisq; operibus  
Tandem sim beatus.

7.

Potestates viribus  
Dæmones arcere  
Solent, ne hominibus  
Queant præualere:

Hæ

**Hæ me malis motibus  
Faciant carere,  
Semper & affectibus  
Puris inhærere.**

8.

**Hinc Virtutes varia  
Signa operantur,  
Per quas & prodigia  
Mira perpetrantur:  
Per has in me vitia  
Cuncta subruantur,**

**Vir-**

**Virtutum insignia  
Grata tribuantur.**

9.

**Sacer præ est pluribus  
Grex Archangelorum,  
Qui sunt in maioribus  
Nuntijs cœlorum:  
Per hos intellectibus  
Fungar diuinorum  
Et post bonis omnibus  
Fruar supernorum.**

C

Ange-

IO.

Angelorum spiritus  
Multum nobis grati,  
Singuli diuinitus  
Estis nobis dati:  
Per vos semper penitus  
Simus gubernati,  
Post hanc vitam cœlitus  
Vobis sociati.

IN FESTO SACRATISSIME  
*corporis Christi.*

I.

A VE viuens Hostia,  
Veritas & vita,  
Per te sacrificia  
Cuncta sunt finita,  
Per te Patri gloria  
Datur infinita,  
Per te stat Ecclesia  
Iugiter munita.

2.

Aue vas clementiae,  
Scrinium dulcoris,

C 2 In

**I**n quo sunt delitiæ  
Cœlici saporis,  
**V**eritas substantiæ  
Tota saluatoris,  
**S**acramentum gratiæ,  
**P**abulum amoris.

3.

**A**ue manna coelicum,  
Verius legali,  
**D**atum in viaticum  
**M**isero mortali,

Medi-

**Medicamen mysticum  
Morbo spiritali,  
Morem dans Catholicum  
Vitæ immortali.**

4.

**Aue corpus Domini  
Munus es finale,  
Corpus iunctum Numini,  
Nobile locale,  
Quod reliquit homini,  
In memoriale,**

C 3

Cum

Cum finali termino,  
Mundo dixit vale.

5.

Aue plenum gaudium,  
Vita beatorum,  
Pauperum solatium,  
Honor miserorum,  
Grande Priuilegium  
Est hoc viatorum,  
Quorum sacrificium  
Merceſ est cœlorum.

Aue

6.

Aue virtus fortium  
Obuians ruinæ:  
Turris & præsidium  
Plebis peregrinæ,  
Quam insultus hostium  
Frangere non sine:  
Ne vi malignantum  
Pereat in sine.

7.

Hic Iesus veraciter  
Duplex est natura. C 4 Non

**N**on est partialiter,  
**N**ec solum figura,  
**S**ed essentialiter  
**C**aro Christi pura  
**L**atet integraliter  
**B**reui sub figura.

8.

**C**œlo visibiliter  
**C**aro Christi sita,  
**F**orma panis aliter  
**L**atet hic vestita;

**Solus**

**S**olis nouit qualiter,  
Hanc qui ponit ita:  
Potest hoc faciliter  
Virtus infinita.

9.  
**S**umptum non consumitur  
Corpus saluatoris,  
**I**dem totum sumitur  
Omnibus in horis:  
**F**orma panis frangitur  
Dente comedoris,

C §

Virtus

**Virtus carnis tangitur  
Morsibus amoris.**

**IO.**

**Christus nihil patitur  
Huius læsionis:  
Forma panis soluitur  
Vi digestionis:  
Tunc si Christus quæritur,  
Est in cœli thronis:  
Sicut vult hinc tollitur,  
Datis vitæ donis.**

**Hoc**

**II.**

Hoc ardoris calculo  
Veni nos ignire,  
Hoc amoris stimulo  
Frange motus iræ,  
Et eodem ferculo,  
Quo nos vis nutrire,  
Velis cordis vinculo  
Fortiter vnire.

**12.**

Moris est amantium  
Inuicem sitire:

**Sic**

Sic vult Rex regnantium  
Charitatis miræ,  
Cibando fidelium  
Intima subire,  
Ut arcana cordium  
Possit introire.

13.

O Iesu dulcissime  
Cibus salutaris,  
Qui sic nobis intime  
Tribui dignaris:

Mala

**Mala nostra deprime**  
**Fletibus amaris,**  
**Et effectus imprime,**  
**Quibus delectaris,**

**¶4.**

**Nobis consecrantibus**  
**Istud sacramentum,**  
**Et cunctis credentibus**  
**Fiat nutrimentum,**  
**Deuote sumentibus**  
**Sit delectamentum,**

**Omnibus**

Omnibus negantibus  
Fit hoc detrimentum.

I5.

Iesu viuens hostia,  
Placa maiestatem,  
Sacramenti gratia  
Confer sanitatem,  
Pauperum substantia,  
Da æternitatem,  
Domini memoria  
Fouecharitatem.

Vani-

16.

Vanitatem spernere  
Fac nos consolator,  
Hostes dona vincere  
Christe propugnator,  
Et quod doces credere  
Iesu reparator,  
Per te tandem cernere  
Da remunerator.

17.

Aue simplex Deitas,  
Trinæ unitatis

Te

**T**e laudamus Trinitas  
Hostijs beatis,  
**N**os afflitit prauitas,  
Fame egestatis,  
**D**apes nobis inclytas  
Da æternitatis.

18.

**V**ita, salus, gaudium,  
Spes vniuersorum,  
**T**u merces & præmium  
Solus beatorum:

**Tibi**

Tibi laudes omnium  
Corda deuotorum  
Concinunt in sæculum  
Et in sæculorum. Amen.

BREVIS COMMEMORATIO PAS-  
tis Dominicæ, secundum horas Canonicas  
distincta. Ad Matutinum.

PAtris sapientia, Christus in agone  
Nocte fudit sanguinem in oratione.  
Se offert turbis Dñs, occurrens illis prone:  
Mox hunc Iudas tradidit, deosculatione.

D Capitur

Capitur, constringitur, à suis derelictus,  
In domo Añē spernitur, p alapam afflictus  
Negat hūc discipulus, timore mortis vicius  
Ducitur ad Caypham Iesus dire strictrus.

Falsos testes patit, blasphemus iudicat,  
Reus mortis dicitur, & colaphis mactatur.  
Hinc velatus facie, sputis maculatur,  
Et à percussoribus Prophetare conclamat.

AD PRIMAM.

**H**Ora prima Dñs Pilato præsentatur,  
Falsis testimonijis multis accusatur.

Herodi

**H**ero di missus spernitur, veste subsannatur,  
**H**inc Pilato mittitur, vt morte puniatur.

AD TERTIAM.

**C**Rudele fit concambium hora tertiarum  
Latro solui petitur, necari rex terrarum  
Crucifige clamitant gentes tenebrarum,  
Vestibus exuitur vesutor animarum.

Ad columnam dicitur, vinculis ligatur,  
Flagris atq; virgulis dire laceratur,  
Purpura induitur, spinis coronatur,  
Percutitur arundine, false salutatur.

D 2 Cœditur

Cœditur, conspuitur vultus eius latus.  
Atq; multipliciter à gentibus sic spretus,  
Exit de Prætorio, opprobris repletus,  
Crucifige repetit Iudæorum cætus.

AD SEXTAM.

**H**Ora sexta Dñm sententia damnauit,  
Crucē suam ppriam Caluariā portauit  
Iesum turba militum vestibus nudauit,  
Affigens in patibulo, clavis perforauit.  
Ut Propheta cecinit, vestes diuiduntur,  
Titulus inscribitur, ludibria dicuntur.

Matri

**M**atris cor & filij simul patiuntur,  
**V**irgo cum discipulo pariter iunguntur.

A D N O N A M .

**H**Ora nona Dñs relinqu se clamauit.  
Salutem nostrā sitiens, acetū, fel potauit  
Dicens consummatum est, spiritū efflauit,  
Tunc latus eius lancea Miles perforauit.

A D V E S P E R A S .

**D**E Cruce deponitur hora vespertina,  
Vngitur aromate vitæ medicina,  
Voluitur in Syndone, latet vis diuina,

D ; Sic

**Sic corona gloriæ iacuit supina.**

**A D C O M P L E T O R I V M .**

**H**ora Completorij Iesus tumulatur,  
Petric grādi clauditur, amarē lamentat,  
Infernus prodit spolia, cœlum referatur,  
Sic salus olim perdita, p Iesum reparatur.

**S A B B A T O , de Angelica salutatione.**

**A**Ve virgo virginum,  
Flos & maris stella,  
Lumen gestans hominum  
Puritatis cella.

**Sordes**

Sordes tergens criminum  
In vitæ nouella:  
Pro nobis ad Dominum  
Semper interpella.

2.

Maria fons veniæ,  
Fons mellis & roris,  
Fons misericordiæ,  
Pincerna dulcoris,  
Porta regis gloriæ,  
Parens saluatoris,

D 4 Grata

**Grata tuæ gratiæ  
Mei sis laus oris.**

**3.**

**Gratia multiplici  
Plena venustaris,  
Et dono septemplici  
Spiritus ornaris,  
Credens verbo simplici,  
Sacra virgo, pacis,  
Et mereris effici  
Parens, expers paris,**

**Pura**

4.

Pura medicamine,  
Sole purpurata,  
Refecta libamine,  
Nimis delicata,  
Omni pulchritudine  
Syderum ornata,  
In polorum culmine  
Regnas coronata.

5.

Dominus rex omnium  
Te vas puritatis D s Sibi

Sibi fecit solium,  
Domum maiestatis,  
Spiritus sacrarium,  
Templum sanctitatis,  
Ut purgares solium  
Nostræ prauitatis,

6.

Te, coniuncto numine,  
Verbum incarnauit,  
Genitor cum flamine:  
Per quod liberauit

Nos

Nos ab omni criminē,  
Teq; consecrauit,  
Qui lucens in Virgine  
Sol purificauit.

7.

Benedicta dirige  
Nos ad te clamantes,  
Pia mater dirige  
Filios precantes,  
Continentes dilige  
Teq; collaudantes,

Fluctu-

**Fluctuantes erige,  
Docens ignorantes,**

**8.**

**Tu in mulieribus  
Tenens principatum,  
Dignior es omnibus  
Pariendo natum;  
Celsior syderibus,  
(Testate lingua vatum)  
Constipata floribus,  
Hortus voluptatum.**

**E:**

9.

Et vallata lilijs,  
Rosis coronata,  
Affluens delitij,  
Regi summo grata,  
Virtutumq; varijs  
Flosculis ornata,  
In polorum gaudijs  
Fulgens exaltata.

10.

Benedictus genitus  
Patri coæqualis,

In

**I**n secreto conditus  
Aulæ vaginalis,  
Descendit diuinitùs  
Fieri mortalis,  
Cuius nos intuitus  
Conseruet à malis.

**II.**

Fructus habitaculum  
Digne commendatur,  
In quo pacis osculum  
Nostræ reformatur:  
Qui non nouit masculum

Vell

Venter fœcundatur,  
A quo vitæ pabulum  
Cunctis propinatur,

I2.

Tu ergo paruuli  
Funere renati,  
Supplicemus singuli  
Sanctæ Trinitati,  
Vt in fine seculi  
Simus ei grati,  
Et regnemus singuli  
Secum coronati. Amen.

HORAE PASSIONIS, AD BEATAM  
Virginem. Clemens Papa.

**M**Atutino tempore Mariæ nunciatur,  
Quod à Iudæis p̄fidis Ch̄s captiuatur.  
**M**ox domū Hañç petijt: nam illuc ducebat  
**T**oto corde tremuit, male dum tractatur.

**H**ora Prima seqtur Maria suum natū,  
Singultis & lachrymis perfugit ad Pilatū:  
**F**alsos testes audiens, sputo maculatum,  
**I**ngemiscens conspicit dire alapatum

Audit

Audit hora tertia crucifigi natum,  
Videns tectum purpura, spinis coronatum,  
Ad mortis sententiam eundem damnatum,  
Et crucis trabe maxima dirè oneratum.

Hora sexta filium audit conclauari,  
Corpus Christi tenerum in altum leuari,  
Pendentem cum latronibus, cum eis reputari,  
Silentem cum aceto & felle saturari,  
Terram & vestem filii sanguine rubricari.

Hora nona filium audit expirantem,  
Hely voce audiens maxima clamantem,

E

Ioann⁹

Ioanni se, & spiritum patri commendantem,  
Simeonis gladium cor eius perforantem.

Vespertino tempore Mariā dolorosa,  
De cruce depositum voce querulosa,  
Continet in gremio, dicens, o meorum  
Benedictus baculus, & lumen oculorum.

Hora completorij assistente matre,  
In sepulchrum mortuus ponitur deuotè,  
Domū post reuertitur cum fletu & lamentis  
Mater virgo, expectans diem resurgentis.

Omnis ætas defleat mortem saluatoris,  
Gloriosæ virginis prætextū doloris:      Per

Per Mariae lachrymas, pater pietatis,  
Nobis vera gaudiaprästa cum beatis.

Has horas canonicas cum deuotione,  
Pia virgo, recolo cum compassione  
Tui dulcis filij, qui aspersione  
Pretiosi sanguinis saluat à dracone. Amen.

LAVS DE PASSIONE CHRISTI.  
TE vt in memoriam reuocem, saluator,  
Mihi benignissimus adsit consolator,  
Spiritus paraclitus, tuæ inspirator

**Gratiæ, & mentis piæ confortator.**

**Redempus, quā sanguinis auro redemisti,  
Ascendat caluariæ montem, quo soluisti  
Aurum, ubi pretium sanguinis fudisti,  
Legat ubi gratiæ librum, quem scripsisti.**

**Aue mons Caluariæ, recordatione  
Tudignus præcipua, veneratione  
Extollendus valde, quem tu Iesu bone  
Facis memorabilem via, passione.**

**Aue gemma montium, mons coagulatus,  
Mōs pinguis, sanguineis guttis impinguatus,  
Salua-**

Saluatoris Domini lachrymis rigatus,  
Cedro nobilissimæ crutis decoratus.

O mons, Dei Filius in te decaluatus,  
Est nudatus vestibus, in cruce leuatus,  
In palmis ac pedibus plagis est plagatus,  
Lancea mitissimum perforauit latus.

Rogo dulcis lancea vulnera cor meum,  
Voluntatem propriam ejice, quæ Deum  
Offendit, me faciens coram eo reum:  
Fac Iesu obediatur, fac sequatur eum.

Anima apiculæ appræhende mores,

D 3 Campos

Campos intrat floridos, accedit ad flores,  
Et florum foramina scrutatrix sapores,  
Discernit, & attrahit succos meliores.

Tu quoque fac simile, omnis uauitate,  
Tota Christi passio plena charitate  
Redundet, non aliis flos quæratur à te;  
Hunc florem si susteris, viues delicate,

Suge ergo anima suge, quia vita  
Est in Christi sanguine tua sic condita,  
Affectus, os applica flori, & dic ita:  
Hoc liquoris ferculo tusos hic inuita.

Aue

Aue flos de Nazareth, flos refectionis.

In te locus pascuae, angelis & thronis,

Melle me reficias consolationis,

Sic sugam foramina tuæ passionis.

Inferni latibulum meruit peccator,

Pro eo patibulum subiis miserator:

O Iesu misericors esto restaurator

Peccatoris, ut tuæ crucis sit amator.

Ad amplexum suscipis ægrum, & dignaris

Huic emplastrum fieri, sis ei altaris

In mensa viaticum, potus salutaris,

medicus fidelissimus per hoc comprobaris.

Pœnitenti pillulæ aureæ tuorum  
Fiunt guttae vulnerum, haec sunt qui humorū  
Consumunt superflua, simul & morborum  
Causas, & ejciunt phlegma vitiorum.

Grates tibi, Domine, qui reis nefandis  
Factus es latibulum, brachia expandis,  
Paratus in amplexibus hos fouere blandis,  
Promptus in criminibus sibi relaxandis.

Quid tibi retribuam, Domine, quid dabo,  
Pro tantis tam summis, tam arduis negabo

Quiq

Quicqut tibi absit hoc à me: calicem potabo,  
Tum tuis laudibus in finem vacabo.

Circuibo, Domine, aureum altare  
Tæ crucis, appetens laudes immolare,  
Thura, thimiamatha precum, tu dignare  
Meis sacrificijs Iesute pacare.

Adoro vestigia pedum, quæ formâsti,  
Cùm in sacris humeris crucem baiulâsti,  
Adoro stillicidia, quibus dedicâsti  
Terram, quando sanguine hanc inebriâsti.

Amplexor, deosculor pedes, Magdalena

E . 5

Quos

**Q**uos rigauit lachrymis, quæ dolore plena,  
**V**eræ pænitentia peracta carina,  
**I**n pace dimissa est, & abiit serena.

**O** pedes dulcissimi Iesu, me quesijstis  
Oueim, quæ perieram, post me cucurristis,  
Malleos carnificum, clauos suscepistis,  
Viæ lassitudinem pro me pertulistis.

**S**anguis pedū roseus, quem clavi fuderūt,  
**D**elet vestigia pedum, quæ fecerunt,  
**Q**uando carnes dæmonis curam peregerunt,  
**V**anitatis literas in terra scripserunt,

Rogo

Rogo pedum riuuli, ut amissionis  
Bonici culpas diluant, perpetrationis  
Mali nefas auferant, tuæ passionis  
Virtus verbum proferat absolutionis.

Flecto tibi genua, qui tua flexisti,  
Cùm tuis Discipulis pedes abluiſti,  
Magister & Dominus lintheo terſisti.  
Hoc exemplum posteris tuis reliquisti.

Sanguis tuus Domine nodis flagellorum  
Eductus de corpore membrorum tuorum,  
Et regalis purpura faciat laborum

Patien-

**Patientem socium sanctorum tuorum.**

**Sanguis tuus Domine, quem fudit beata  
Tua crucifixio, deleat errata  
Carnis, sit cinctorum rerum, quo frenata  
Caro sit in mentibus castis collocata.**

**Tui cordis flumina, sanguinis & vnde  
Cor meum circumfluat, influat, & mundet  
Abluant, inebrient, penetrent profundet,  
Ut te plene diligat, seruat iocundet.**

**Sanguis Iesu floride, sanguis delicate,  
Profluens de latere, pannum menstruatae**

**Com-**

Commutans in purpuram, fac in sanctitate  
Ambulem, obtineam viuere beatę.

Tu misericordiaे mihi pluis rorem,  
Tu vita coccinea Iesu ad amorem  
Cor stringis affectibus, melleum saporem  
Infundis, ut dulciter sequar redemptorem.

Sudoris sanguinei balsamum per totum  
Corpus tuum defluens me reddat deuotum,  
Me in omnibus sanet pigrum & ægrotum,  
Me cælesti curiæ repræsentet totum.

Tu resina galaod vngis, ut portetur

Iugum

Iugum Christi suauiter facis ut ametur,  
Facis ut mærentium cor quoq; lætetur,  
Facis momentaneum, quicquid sustinetur.

Aqua o rosacea, quam fero  
amoris  
Eduxit de latero rosæ pulchrioris,  
Inter rosas hominum peruersi ardoris  
Incentium prohibe à clauistro pudoris.

Cordis tui scissio, Iesu, scissionem  
Cordi meo generet, vulnerationem  
Ex amore sentiat cor, & passionem  
Tuam suam faciat per compassionem.

Cor

Cor meum, quod extitit spelunca latentis  
Inimici, tibi fac locum quiescentis.  
Vtere pro syndone castitate mentis,  
Sit loco sudarij labor pœnitentis.

Cor paratum, Domine, meū cor paratū,  
Sic vt tibi seruiat, fac habere ratum  
Quicquid cogitaueris, fac vt cogitatum  
Suum ad te dirigat pro me vulneratum.

Sanguis tuæ dexteræ me dignum beatis  
Faciat amplexibus cum prædestinatis,  
Ad dextram me collocet, vbi dono gratis

Para-

**P**atatum percipiam regnum claritatis.

**I**n virtute sanguinis tui, Iesu Christe,  
**Q**uem sinistra protulit, rogo, mundus iste  
**M**ihi crucifixus sit, pauperia assiste,  
**N**e cum hædis audiam, Ite, verbum triste.

**I**n æternum Domine tuas venerabor  
**M**anus, laudum hostijs & regratiabor  
**P**ro donis exhibitis, cum dolor & labor  
**T**ransibunt, hæc tribuent vnde satiabor.

**P**astor, tuis humeris gratias rependo,  
**Q**uibus reportasti me ad gregem ponendo,

**E**c

Et in loco pascuæ fæno me pascendo  
Carnis tuæ floridæ, pie protegendo.

Tuum collum Domine stolam colaphorū  
Suscepit, quod totiens vlnis brachiorum  
Mariæ astrictum est, hoc suppliciorum  
Prægrandes fasciculos tollit peccatorum.

Iesu tui colaphi à iugo peccati  
Collum meum liberent, tuæ potestati  
Subdant, & obedient tuæ voluntati  
Qui per sacrificium tuum sunt purgati.

Tuæ vocis organum dulce & sonorum,

F

Pro

Pro me raucum factum est, quod mihi celerū  
Reserauit gaudia, præmia iustorum,  
Regulas iustitiae, disciplinas morum.

Mel & lac de labijs tuis propinâsti,  
Tuis auditoribus, quibus prædicâsti,  
Rudes in prouerbijs lacte informâsti,  
Iu morte discipulos melle satiâsti.

Doctor amantissime, aurea doctrina  
Tuis sit vulneribus meis medicina,  
Fundat mihi oleum, fundat mihi vina,  
Det in his proficere unctio diuina.

Iesu

Iesu, tuum sitio in cruce prolatum,  
Sit mihi prouocet, potum delicatum  
Ex te fonte tribuat, quo me renouatum  
Sentiam, à veteri fermento purgatum.

Vt ceruus desiderat ad fontes aquarum,  
Sic ad te desidero, tuum felamarum,  
Et acetum tribuant ad delitiarum  
Paradisum prouochi pennis aquilarum.

O vultus amabilis Nazaræi floris,  
Qui me sic multoties delicati oris  
Suscepisti osculo, plenus es amoris,

Et per sputa contrahis maculas horroris.

Te velant, te lacerant manus impiorum,  
Ad videndum grauis es oculis eorum,  
Quibus lumen veneras praebere cælorum.  
Margarita, claritas, splendor angelorum.

Vultum tuum Domine mihi contemplari  
Dulce sit, iniurias tuas amplexari,  
Tuas contumelias hic philosophari,  
Tribue proficere in hoc exemplari.

Maxillæ quo alapis pro me feriuntur,  
Verba quo blasphemiae tuis ingeruntur

Auri-

Auribus, sic instruar, dum ista geruntur,  
Mihi patientiae arma proponuntur.

Horum recordatio Iesu armaturam  
Mihi patientiae præstat profuturam,  
In aduersitatibus age mei curam,  
Vt non sim impatiens, excedens mensuram.

Molestauit fætidum sputum sanctitatis  
Tuæ nares, Domine, vt nos trinitatis  
Pasceres aromate, per te collocatis  
Nobis in florentibus paradisipratis.

O summae fragrantiae & cælestis chorū

Aureum thuribulum, tibi meo flori,  
Rosæ meæ supplico, mihi sis odori,  
Sursum trahe spiritum, dum continget mori.

Gratias pro lachrymis, Iesu, quas fudisti,  
Salsis, puris, calidis, quibus commouisti  
Tui patris viscera, quibus eruisti  
Me de manu inferi, vitam contulisti.

Iesu, tuæ lachrymæ salsæ dent saporem,  
Ut tu mihi sapias puræ dent decorem  
Puritatis, calidæ ingerant calorem,  
Accendantq; cor meum, auferant torporem.

Vt

Vt peccata defleam, ad quæ caro prona:  
Vt plangam exilium, & æterna bona  
Requiram cum lachrymis, o Iesu corona,  
Iugum tu tribuas lachrymarum dona.

Salsas cōfer lachrymas, quæ corruptionis  
Expertem me faciant, à polutionis  
Labe, pure ingerant contra aquilonis  
Frigus, mihi lachrymas da dilectionis.

Illos tuos oculos in morte clausisti,  
Quibus petrum, & cæteros pie inspexisti,  
Peccatorum cordibus quorum infudisti

Lumen tuæ gratiæ, culpam remisisti.

O paternæ gloriae splendor per respectum,  
Tuum benignissimum animæ profectum  
Operaris, subleuas corporis defectum,  
In utroq; respice meum imperfectum.

Verus sol iustitiae, tu interiorem  
Hominem irradia, da cordi fureorem  
Spiritus, exterius tribue vigorem,  
Membra laudent omnia suum creatorem.

Diadema spineum intulit dolorem  
Reuerendo capiti tuo, & cruentum

Ex-

Extraxit purpureum, pretiosiorem  
Regum diademate, regnis cariorem.

Sanguis tui capitis eductus per spinam  
Sensus mei verticis seruet, ne ruinam  
Patrantur, fugiant hanc mundi sentinam.  
Illos ad notitiam erige diuinam.

Ad te Iesu oculi mei dirigantur,  
Cuius pulchritudinem sol, luna mirantur.  
Ad choreas virginum aures erigantur,  
Paradisi floribus nares nutriantur.

Da gustare Domine quantæ suavitatis

F      s      Quantæ

Quantæ sis dulcedinis, me humanitatis  
Lacte tuæ refice, melle deitatis,  
Tactu tuæ fimbriæ mundet à peccatis.

Tuis sancti capitum verticem beatum  
Veneror, arūdine pro me vulneratum,  
Obsecrans, mi Domine, ut caput elatum,  
Quod erexi contra te, tibi sit substratum.

Iesu, tui capitum inclinatione  
Mesalutans osculum præbes, fiunt pronæ  
Aures meis precibus, de afflictione  
Grates, ago, pastor mi, hac genuflexione.

Te

Te tradente spiritum caput inclinâsti,  
Quid hoc, nisi quòd per hoc reconciliâsti  
Me patri, & rediens mihi nunciâsti  
Pacem, meq̄ capitis nutus salutâsti?

In hoc gestu capitis, Iesu declinare  
Te à crucis titulo perpendo, vitare  
Per hoc vanam gloriam te ostendis chare  
Doctor, ac si diceres, hic volo regnare.

Sic me Iesu instruis, ne à me quæratur  
Laus vel fauor hominum, si à me geratur  
Quod sit dignum laudibus, sed tibi dicatur

Laus,

**L**aus, qui velle tribuis, a quo possideatur.

**I**esu confer gratiam, ne velim laudari,  
**N**ec bonis operibus regis appellari  
**N**omine, sed tribue hic humiliari,  
**V**t in regno valeam per te subleuari.

**I**n hoc gestu capit is Iesu actiones  
**G**ratiarum reddere in aduersis mones,  
**S**igna ste per varias tribulationes  
**S**equendum ad patriam, ubi me coronas.

**H**oc est, quasi dices, tu qui viam quæris,  
**Q**uæ ducit ad patriam, per crucem moneris.

**Si**

Si mei non fueris imitator, peris,  
Ambulrāis in imo, morte morieris.

In hoc flexu capitis Iesu relicturus  
Matrem & discipulos, ad patrem iturus,  
Accipis licentiam, vltimum dicturus  
Vale, circumstantibus hic est sermo durus.

Ad istam licentiam quis non moucatur,  
Cùm audit quòd filius Dei moriatur,  
Thesaurus tam nobilis de mundo tollatur,  
Vniuersa continens sepulchro claudatur?  
Iesu corona candida, rubicunda, oro

Ani-

**A**niam reficias meam cùm labore  
In morte, hanc eripe à causis, & foro  
Dæmonum, hanc inferas angelorum choro.

**A**d Altare aureum hoc deuotionis  
Donum in memoriam tuæ passionis,  
Dulcis Iesu, offero, te summum in bonis  
Requiro pro munere retributionis. Amen,

**D**E VITA CHRISTI A N-  
selmus Episcopus.

**D**escr̄o

**D**Esere iam anima lectulum soporis,  
Lāguor, torpor, vanitas, excludāt foris,  
Intusq; cor ferueat facibus amoris,  
Recolens mirifice gesta saluatoris.

Mens, affectus, ratio simul conuenite,  
Occupari friuolis vltra iam nolite,  
Discursus, uagatio, cum curis, abite,  
Dum pertractat animus Sacra menta vitæ.

In primis præcipue lector moneatur,  
Ne sequens hoc opusculum, cursim procurrat:  
Sed legendo paululum, sensus protrahatur,

**Vt**

**Vt ipsis deuotio verbis hauriatur.**

Iesu mi dulcissime, Domine cœlorum  
Conditor omnipotens, rex vniuersorum  
Quis tuorum sufficit mirari gestorum?  
Quæte ferre compulit salus miserorum.

Te de cœlis charitas traxit animarum,  
Pro quibus palatum deserens præclarum,  
Miseram ingrediens vallem lachrymarum  
Opus durum suscipis & iter amarum.

Angelus ad virginem à te destinatur,  
Per quem incarnatio tua nunciatur:

**At**

**A**t dum virgo sedula voce salutatur,  
Admirando seriem rei percontatur.

**E**n te, inquit, Spiritus sanctus fœcundabit,  
Tibiq; altissimi virtus obumbrabit,  
Pariesq; filium Dei, gens vocabit,  
Eiçq; perpetuum regnum pater dabit.

**A**d cōsensum virginis mox hoc descēdisti,  
Et pudici pectoris templum elegisti,  
Virginis pauperculæ cellam introisti,  
Qua nostræ substantiæ carnem assumpsisti.  
**P**udoris signaculum seruans illibatum,

**G**

**Et**

Et quæ virgo concipit, virgo parit natum,  
Non decet vas flosculi esse defloratum,  
Neq; Deum tollere matri cælibatum.

Cœlo, terræ, tartaro tu qui dominaris,  
Formam serui sumere iam non dedignaris,  
Ter tribus in utero mensibus portaris,  
Sic minus ab angelis paulo minoraris.

Quām potens benignitas, quā potēs & pia,  
Cœlo, terræ præminens, nascitur in via,  
Cui dant obsequia Ioseph & Maria,  
Hunc canens angelica laudat harmonia.

O maiestas

O maiestas deica, quantum inclinaris,  
Cùm Deus ex fœmina oriri dignaris,  
Nunquid in palatio rex cœli lætaris?  
Non, sed in præsepio breui reclinaris.

Iesus qui ab angelico cætu veneratur,  
Vestibus purpureis natus non ornatur:  
Sed in satis vilibus pannis inclinatur,  
Sicq; mundi gloriam pauper detestatur.

Natis regum principes solent congaudere,  
Et altrices nobiles vbera præbere,  
Athæc Dei filius renuit habere,

Malens se pastoribus notum exhibere.

Sola virgo genitrix summi patris nato  
Lac fundis virginicum ubere sacrato,  
Vagientis osculo consolaris grato,  
Atq; foues gremio sinuq; beato.

O fœlix puerpera sola gaudens paris,  
Eia quam & dulciter nato iocundaris,  
Quam prijs amplexibus Iesum amplexaris,  
Quam gratis obsequijs ipsi famularis.

O Dei dignatio quam mira probatur,  
Tegitur potentia, Deus inclinatur,

Altitudo

Altitudo subditur, longum breuiatur,  
Fit plana profunditas, latum angustatur.

Tristatur lætitia, salus infirmatur,  
Panis viuus esurit, virtus sustentatur,  
Sicut fons perpetuus, quo cœlum potatur.  
Et quis hæc magnalia mirè non miratur?

Qui sub lege nasceris, legem obseruâsti,  
Circumcisus pretium nostrum inchoâsti,  
Dum pro nobis sanguinem patri immolâsti,  
Verè Dei filium te esse probâsti.

Magos duces sydere ad te perduxisti,

Quorum donis mysticis coli voluisti,  
In Aegyptum transmeans hostem euasisti,  
Exemplum debilibus in hoc reliquisti,

Manibus virgineis templo præsentaris,  
Iusti senis brachijs paruulus portaris,  
Per quem tu prophetice Deus prædicaris,  
Gentium lux, Israël gloria vocaris.

Postmodum puerulus bis iam sex annorū  
Quæsus à virgine in turba notorum,  
In templo repertus es in medio doctorum,  
Quærens & interrogans mira secretorum.

Fili

Fili, inquit genitrix, quid nobis fecisti?  
Quæsus iste iam triduo cur sic latuisti?  
Sed Iesu quæ patris sunt tractare dixisti,  
Non tamen hominibus subdi renuisti.

Ex hinc ad trigesimum annum saluatoris  
Miror quod se transtulit calamus scriptoris:  
Hinc forsan suggestur animo lectoris,  
Ne se nimis publicent acta iunioris.

Baptizatus postmodum culpas nostras lauit,  
Tactu sacri corporis aquas consecravit,  
Quem descendens Spiritus sanctus illustravit,

Voxq; patris filium palam declarauit.

Hinc Iesu dulcissime eremum subisti,  
Ibiq; ieiunijs corpus afflixisti,  
Et cum feris habitans, Satan confudisti:  
Sic exemplum efficax cunctis reliquisti.

Cumq; tua placuit facta declarare,  
Atq; pœnitentiam mundo prædicare,  
Incipis discipulos tecum congregare,  
Quales solet sæculum paruos reputare.

Respusis Philosophos, vocas pescatores:  
Et quos mundus despicit, efficis doctores,

Pcs

Per hos tibi subiçis terrarum doctores,  
Ut confundas fortia, dissipes tumores.

Hinc signis mirificis mundum illustrasti,  
Approbans coniugium, nuptias intrasti.  
Et aquam in optimum vinum comutasti,  
Paucis multa millia panibus cibasti.

Solo tuo mortui verbo suscitantur,  
Cuncti morbi gratia protinus curantur,  
Mari, ventis imperas, nec vltrà turbantur.  
Præcipis dæmonibus, & mox effugantur.

Iesu benignissime, post gesta tam clara,

G 5 Nunci-

Nuncians discipulis intimas amara,  
Immolandum indicas te crucis in ara,  
Turbantur mox pectora talium ignara.

Vrbes, castra circuis, populos docendo,  
Fatigaris, ejuris, sitis discurrendo,  
Molestaris crebrius, aspera ferendo,  
Atq; plebis perfidæ prospera spernendo.

Pergis Ierosolymam, in asello sedens,  
Te plebs gaudens suscipit, obuiam procedens,  
Iter sternit vestibus, palmae ramos cædens,  
Et agmen infantum te laudat incedens.

Vrbis

Vrbis defles pr̄euidens casum perituræ,  
In templo mercantibus comminaris dure,  
Inuident mox principes, gens mentis impuræ,  
Sciscitantes talia, quæ pr̄æsumis iure.

Pr̄edicans quotidie, tempus pr̄æstolaris,  
Quo pro vita sæculi mortem patiaris:  
Machinantur inuidi modum, quo perdaris,  
Spondet Iudæ pretium, pro quanto vendaris.

Cœnam cum discipulis post hęc celebrasti,  
Quos tui mysterio corporis cibāsti,  
Pedes lauans singulis, te humiliasti,

Ipsos

Ipsos post hæc pabulo verbi roborâsti.

Tunc palam discipulis mortem prædixisti,  
Et authorem criminis, Iudam ostendisti,  
Oransq; pro omnibus, gratias egisti,  
Et egressus protinus hortum introisti.

Lucem nox procluserat, omnes exiere,  
Cepitq; cum tædio Iesus iam pauere,  
Monetq; discipulos paululum sedere,  
Vt orandi spacium valeat habere.

Ecce Iesus legitur pauens contristari,  
Non præsumat igitur quisq; indignari,

Cum

Cum tristantem quempiam viderit turbari.  
Piè magis studeat mæstum consolari.

Tunc procedens modicū humi se pstrauit,  
Et transferri calicem à se postulauit:  
Sed patris arbitrio illud commendauit,  
Et ecce mox sanguinis sudor emanauit.

Quis vñq̄ mortalium ad mortis horrōrē  
Audit sanguineum fudisse sudorem,  
Ex hoc forsitan instruit scriptura lectorem,  
Eius nunquam similem fuisse dolorem.

Adest ad hæc proditor multisq; vallatur,

Vt

**Vt ipsorum manibus innocens tradatur,  
Et salutans sub dolo, Iesum osculatur:  
Sed Iesus blandissimis verbis hunc affatur.**

**Ad quid, inquit Dñs, amice huc venisti,  
Nunquid tradis osculo, quem iam vendidisti?  
Sæuientes protinus irruunt ministri,  
Nec verentur fieri proditores Christi.**

**Quis mirari sufficit in hoc saluatorem,  
Eiusq; mirificum pectoris dulcorem:  
En amicum nominat, hostibus peiorem.  
Admittens ad osculum pacis proditorem.**

**O Iuda**

O Iuda miserrime, ut quid sic egisti,  
Osculo pacificum neci tradidisti,  
Quare beneficijs sic abutens Christi,  
Mala bonis reddere non erubuisti.

Ministri mitissima voce sciscitati,  
Quem quaerant, retrorsum corruunt pstrati,  
Hinc pensent quod aspera erit vox irati,  
Cuius verba dulcia nequuerunt pati.

Comprehensus deniq; nequiter tractatur,  
Vinculis atrociter diris mancipatur,  
Sed agno mitissimo vere comparatur.

Qui

**Quinec minas ingerit, & nec reluctatur.**

**Saluator mitissime, quam male tractaris,  
Iam solus relinqueris, solus infestaris:  
Fugiunt discipuli, solus retentaris,  
Probris ac ludibrijs sputisq; fædaris.**

**Eia quoad fugitis, quo, ut lateatis,  
Qui nuper cum Domino mori vos iactatis:  
Sed prior pro omnibus mortem subit gratis,  
Nec pro ipso postmodum mori timebatis.**

**Sequens Petrus a longe, atrium intravit,  
Sed ad vocem fœminæ ter Iesum negauit,**

**Quem**

Quem dum Iesus respicit, flendo suspirauit,  
Et a maris lachrymis culpam expiauit.

Vidēs post hēc p̄ditor quod Iesus damnaſ.  
Retulit argenteos, quibus vendebatur,  
Et recedens laqueo miser suffocatur,  
Sic mercede congrua latro præmiatur.

Nox insomnis itaq; tota ducebatur,  
Nulla prorsus requies Iesu præstabatur,  
Ministrorum impia plebs iniuriatur,  
Alapis & colaphis innocens mactatur.

Falsi Iesu contra te testes inducuntur,

H

Tacitus

Tacitus dissimulans cuncta, quæ dicuntur,  
Manè factō manibus vincula nectuntur,  
Ad Pilatum traderis, hostesq; sequuntur.

Accusaris deniq; sed nihil probatur,  
Finguntur mendacia, verum occultatur,  
Nec latebat iudicem, quod fraus operatur,  
Ideo te perdere Præses verebatur.

Herodis aspectibus post hæc præsentatus,  
Multisq; sermonibus tacens sciscitatus,  
Te rex cum exercitu spreuit indignatus.  
Præsidi reduceris, veste candidatus.

Iudæi

Iudæi tunc acr̄is instant accusantes,  
Herodis ac præsidis fædere lætantes:  
Paticter toleras canes oblatrantes,  
Tuaq; patientia armas te amantes.

Tacentem ad omnia, Præses admiratur,  
Ab ipsis eripere Iesum sic conatur:  
Sed tumultus populi ingens suscitatur.  
Et vox plebis insonat, vt crucifigatur.

O gens nefandissima, quare sic egisti,  
Saluatorem abnegas, impium petisti,  
Et latronem eligens, Christum perdidisti,

H 2 Sic

Sic à Deo despici iure meruisti.

Cernens iudex deniq; se non præualere,  
Sed magis in populo tumultum augere.  
Iudicauit fieri quod illi petiere:  
Exultat gens perfida, sui doluere.

Traditur militibus, vinculis arctatur,  
Ad columnam sistitur, dure flagellatur,  
Vndiq; verberibus corpus cruentatur,  
Sepelitur pietas, furor dominatur.

Ecce caro tenera pij saluatoris  
Ad columnam nequiter coarctatur loris,

Sic

Sic flagellis cæditur impij tortoris,  
Quam patent vestigia usq; nunc cruoris.

Post conflictum verberum vide quid agat,  
Purpura induitur, spinis coronatur,  
Calamus in dextera velut sceptrum datur,  
Et illusus genibus flexis adoratur.

Adoratum conspuunt, faciem vellantes,  
Feriunt arundine caput, hoc dicentes,  
Prophetando indica te percutientes,  
Talibus ludibrijs instant illudentes,

O quam longum singula foret numerare,

Sed quam fuit longius tanta tolerare,  
Læthali duritia constat laborare,  
Qui amantem taliter negligit amare.

Ecce post angustias tot iniuriarum,  
Quæritur acerbitas denuo pœnarum,  
Quorum sic supplicium noscitur amarum,  
Quod quicquid peractum est reputatur parvum.  
Nam per urbis medium Iesus procedebat,  
Crucisq; patibulum humeris ferebat,  
Ad fores & ostia populus fluebat,  
Eiusq; confusio singulis patebat.

Occur-

Occurre nuc anima intuens meantem,  
Gratis ad patibulum pro te properantem,  
Sponsum tuum respice crucem baiulantem,  
Tua suis criminis pœnis expiantem.

Triplicem intueor turbam te sequentem,  
Scilicet, carnificum primam te prementem,  
Iudæorum alteram, pœnam iridentem,  
Amicorum tertiam, anxie lugentem.

Tandem ad caluariæ locum trasmeatur,  
Et ibidem vestibus Iesus spoliatur:  
Ut hinc quisq; militum partem fortiatur:

Post hæc in patibulo crucis anx iatur.

Ad pudoris cumulum Iesumi nudaris,  
Ut ventis ac frigori nudus exponaris,  
Innocens cum impijs in cruce damnaris.  
Et quasi dux criminis in medio locaris.

Astant à longe proximi, à nullo cōsolari:  
Sed assistunt vndiq; per quos tribularis.  
A malignis perfidè seruis blasphemaris,  
Et, quod pœna peius est, passus subsannaris.

Cor, tu mens superbia disce non inflari,  
Nec te, quæso, pigeat Iesum imitari,

Quem

Quem indignè conspicias viliter tractari,  
Qui præ cunctis meruit semper honorari.

Disce falsam spernere gratiam honoris,  
Laudesq; contemnere humani fauoris,  
Dum te vilem reputat homo videns foris,  
Tu te vilem ab oculis penses creatoris.

Vt quid ergo murmurās miser indignaris,  
Si coram hominibus vilis reputaris:  
Sed magis in oculis Dei confundaris,  
Coram quo pro meritis vilis comprobaris.

Tensis ergo brachijs manus cōclauantur,

H §

Cunctis

**Cutis, caro trucibus clavis fodebantur,**  
**Nerui, venæ simili modo laniantur,**  
**Nec his tamen perfidi pœnis satiantur.**

**Sed ne desit quippiam ad mortis horrorem:**  
**Ferrum pedes penetrans cumulat dolorem:**  
**In te sic exacuant impij furorem,**  
**Posponentes nequiter Domini timorem.**

**Horrorem incutiunt malleifonantes,**  
**Cutem iþ cum carnibus totam terebrantes,**  
**Neruos cum subtilibus venis lacerantes,**  
**Et compages ossium simul dissipantes.**

Fu

Fundunt riuos sanguinis, fontes saluatoris:  
Properans huc anima currat peccatoris,  
Hauriat hinc quippiam sacrati liquoris,  
Quo frequenter liniat vulnera doloris.

Deniq; melliflua verba charitatis,  
Proponit Iesus, veniam petens sceleratis.  
O quantum exuberat vena pietatis:  
Non desperet amodo quisq; pro peccatis.

Crucifigunt, laniant, poenas cumulando,  
Sed rependit gratiam, pro eis orando,  
Non diffidat poenitens quisq; aliquando,

Salua-

**Saluatoris gratiæ copiam pensando.**

**Omiranda pietas bonitatis Christi:**

**Ad te de patibulo clamans voce tristi**

**Latro petit veniam, & mox indulſisti,**

**Quo spem pœnitentibus veniæ dedisti.**

**Pœnam quam sustinuit, crimen exigebat:**

**Postquam sic in exitu vitæ pœnitebat,**

**Veniam consequitur statim quam petebat,**

**Et perennem gloriam lætus obtinebat.**

**Post hæc matrem intuens Iesus aduocauit,**

**Eamq; discipulo charè commendauit,**

*virgi-*

Virginemq; virginis pulchre sociauit:  
Et tunc hanc discipulus vt matrem seruauit.

O quam virgo grauiter intus cruciatur.  
Cum orbata filio seruo commendatur:  
Mira commutatio meritò probatur,  
Cum seruus pro Dño matri commutatur.

Loquens Iesus denuo, SI TIO dicebat,  
Tunc acetum protinus felle qui miscebat,  
Hoc infusum spongiæ ori porrigebat,  
Quod degustans paululum bibere nolebat.

O Iesu mirifice, quid est quod agebas,

Cum

Cùm de siti conquerens de cruce, tacebas,  
Puto quòd magnopere potum non petebas,  
Sed salutem potius nostram sitiebas.

Venam iam exhauserant riuuli cruoris,  
Euanescit pristini species decoris,  
Vultum labes occupat liuidi palloris,  
Sic triumphat de Iesupia vis amoris.

Corpus iam distreditur, & fauces raucescunt,  
Contorquentur labia, crines perhorrescunt,  
Pia languent lumina, membraq; rigescunt,  
Et totius corporis vires delitescunt.

Vocem

Vocem p̄mēs v̄ltimam, patrem iuuocāsti,  
Spiritumq; manib; eius commendāsti.  
Cūm clamore valido tandem expirāsti,  
Sic salutis omnium opus consummāsti.

Dum saluator patitur, cœli obscurantur.  
Velum templi scinditur, tumbæ reserantur,  
Scissis petris corpora multa suscitantur,  
Et naturæ Dominum pati protestantur.

O quantūm Iudaicam gentē nox p̄mebat,  
Quę tanta miracula videns non credebat:  
Sed quam vox prophetica cum signis p̄mebat  
**Morti**

**M**orti tradens impiè, nequiter spernebat,  
**A**stat virgo virginum cruci saluatoris,  
**S**tans transfixa gladio intimi doloris,  
**N**ati pœnas intuens & riuos cruoris,  
**I**ntus illa sustinet, quod hic tulit foris.

**V**ultu mater anxio respicit pendentem,  
**S**N**ati cernit faciem in morte pallentem:  
**N**ec mirum si laniat tuam dolor mentem.**

**N**unc depositum debitum atrox vis naturæ,  
**Q**uod tibi detinuit olim paritura,

Pœnasq;

Pœnasq; cum fœnore extorquor usuræ,  
Quæ communi matribus debebantur iure.

Nunc quasi parturiens experiris vcre,  
Quam sit matri proprium nato condolare:  
Nunc amaros gemitus cordis extorsere  
Dolores, quos filium cernis sustinere.

Astans vnigenitum genitrix deplorat,  
Quose vertat anxia præ dolore ignorat:  
Nunc plangit, nūc eiulat, nūc gemens adorat,  
Sed gestus virgineos dolor non deflorat.

Gladio transfigeris doloris reuera,

I

Tensa

Tensa cernens filij brachia procera,  
Pendens corpus regium velut in statera,  
Membraq; fundentia sanguinem syncera.

Cuius, queso, valeat mens vel lingua fari,  
Quantum virgo creditur intus cruciari,  
Dum cernit iam mortuum corpus vulnerari,  
Atq; nati viscera lancea rimari;

Corpus quidem mortuū nil iam sentiebat,  
Sed maternum lancea pectus transfigebat,  
Quam fixam in filij latere videbat,  
Quo cum aqua sanguinis liquor effluebat.

Misereri

Misereri domina misericordia dignare,  
Quos Iesus redimere dignatus est carere,  
Ipsa ergo te pietas cogat nos saluare,  
Quae te nati compulit poenam complorare.

Surge torpens anima expers sanitatis,  
AQUAS, quæ solo, steriles sperne vanitatis,  
Ecce fons purissimus pater pietatis,  
Affluens uberrime riuis charitatis.

Ad hunc æger propera fontem saluatoris,  
Ut fluentis quippiam haurias dulcoris,  
Quæ inde lauacrum, pretium cruoris,

Hinc tui curatio profluat languoris.

O mira dignatio p̄ij saluatoris,

O verè mirifica pietas amoris,

Expers culpæ nasceris, Iesu flos decoris,

Ego tui, proh dolor, causa sum doloris.

Ego, heu, superbio, tu humiliaris:

Ego culpas perpetro, tu pœna mulctaris:

Ego fruor dulcibus, tu felle potaris:

Ego peto mollia, tu dure tractaris.

Ad te, pater, dirigo propitiatorem,

Qui effudit proprium propter me cruorem.

Pater

Pater ne despicias; quæso, peccatorem,  
Pro quo passum grauia nosti redemptorem.

Tria docet passio Christi gratiosa,  
Creatori vitia quam sint odiosa,  
Infernus supplicia quam sint dolorosa,  
Atq; cœli gaudia quam sint glorioса.

Hæc ô lector diligens facile perpendis,  
Iesum passum intuens pro culpis delendis,  
Atq; pro supplicijs à nobis auferendis,  
Simulq; pro gaudijs nobis conferendis.

O quam admirabilis amor comprobatur,

Cùm Iesus pro vitijs nostris immolatur,  
Et pro pœnis debit is nobis cruciatur,  
Suisq; doloribus gaudia mercatur.

Ergo tuis anima virib; conare,  
Hanc amoris gratiam dignè compensare,  
Hunc totis præcordijs gaudens amplexare,  
Præter Iesum penitus nil velis amare.

Iesu cordis gaudium, & dulcedo mentis,  
Animæ solatium in te confidentis,  
Te, benigne, deprecor precibus attentis,  
Mei memor singulis custos sis momentis.

O Iesu

O Iesu, quem curia cœli veneratur,  
Tuum quām mīrificè opus consummatur,  
Iam de cruce tempus est ut corpus defumatur,  
Et labori requies ex hoc concedatur.

Nicodemus & Ioseph post hæc affuerunt,  
Qui nequaquam Domini neci consenserunt,  
Hi pedum ac manuum clavos eduxerunt,  
Atq; de patibulo corpus susiulerunt.

Tunc accedens propere genitrix orbata,  
Pia nati vulnera tergens cruentata,  
Oscula vulneribus imprimens beata,

Sanguinis libamina colligit sacrata.

Cuius inquam integrè cor excogitauit,  
Quanto mater studio vulnera tractauit,  
Et tractando lachrymis tergere curauit,  
Quamq; crebris osculis illa delibauit;

Iam, virgo dulcissima, iam cesset ploratus,  
Ecce dolor filij cessat tumulatus,  
Instatq; lætitiæ dies peroptatus,  
Quo tuus de mortuis iam resurgat natus.

Sindone dominicum corpus implicatur,  
Et cum aromatibus sepulturæ datur;

Sed

Sed ut à discipulis furtim non tollatur,  
Militum custodia tumulus vallatur.

Magdalena deniq; locum obseruabat.  
Quæ Iesu præcipue amore fragrabat,  
Peruigil aromatum vnguenta portabat,  
Quibus hæc perungere Iesum festinabat.

At nocte dominica, dum hæc peragebat,  
Dominus ab inferis victor resurgebat,  
Hinc captiuos eruens, quos mors detinebat,  
Et tumba cum linteis vacans apparebat.

Terræ motus veniens factus est repente,

I s Et

Et descendit angelus Domino surgente,  
Tunc custodes subito consternantur mente,  
Fiunt velut mortui, metu perurgente.

Postmodum à tumulo territi fugerunt,  
Et Iudæis seriem facti retulerunt,  
Quos illi pecunijs multis corruerunt,  
Ut sublatum dicerent furtim, suaferunt.

O quam mira cæcitas Iudæos præmebat,  
Quam cæca cupiditas milites vrgebat,  
Sic hic inde veritas occulta manebat:  
Sed hoc diu fieri Iesus non sinebat.

Mane

Mane prima Sabbati surgentis auroræ,  
Magdalena adfuit, æstuans amore,  
Et dum cernit tumulum absq; saluatore,  
Flens gemit & v lulat anxia dolore.

Astans ad hæc Dominus, specie ignota,  
Hanc affatur dulciter, metus vi ablata:  
Quem quæris sic lachrymans mulier deuota?  
Promere ne timeas cordis tui vota.

Secretorum cognitor, qui corda scrutaris,  
Tu causas tristitiae quare percontaris?  
An amantis lachrymas pie aspernaris?

Cuius

Cuius desiderium cordis tu probaris.

Illa, Iesu, præter te prorsus nîl quærebat,  
Te corde, te labijs solum sitiebat:  
Per te sexus immemor arma non timebat,  
Pro te gemitis anxiè, pro te flens dolebat.

Hortulanum itaq; Iesum hæc putabat,  
Sed spiritualiter hortum sic ornavbat,  
Nam sentes perfidiæ iam eradicabat,  
Atq; flores fidei plantare curabat.

Tunc vocem piissimus saluator mutauit,  
Et eam ex nomine Mariam vocavit,

At

At illum mox agnatum gaudens adorauit,  
Et adorans gaudio multo exultauit.

En Iesu dulcissime, postquam surrexisti,  
Crebro te visibilem tuis præbuisti,  
Cibos cum discipulis deniq; sumplisti,  
Et ipsis videntibus cœlos ascendisti.

Quanto putas gaudio genitrix impletur,  
Cùm iam impossibilem natum intuetur,  
Resurgentis gaudio luctus mox deletur,  
Et noua lux oritur, quæ non auferetur.

Nunc doloris gemitus omnis propulsatur,

Mæror

Mœror in lætitiam mire commutatur,  
Dum mors invincibilis vincit a superatur,  
Et deuicto vitio virtus instauratur.

Sed viso discipuli gaudent saluatore:  
Quam putas lætitia gaudet ampliore  
Viso suo genitrix rediuiuo floret  
Quem extinctum viderat nuper in mœrore,  
Ex hoc virgo poteris securè gaudere,  
Tibi nequit amodo dolor præualere,  
Sed nec vltra filio valet mors nocere:  
Pia nobis igitur mater miserere.

O quam

O quām nos mirifice Iesu consolariſ,  
Dum pro peccatorib⁹ Deus incarnariſ,  
Et cum peccatorib⁹ libens conuersariſ,  
Nec tandem pro talibus mori dedignariſ.

Sic preces pro impijs moriens fundebas,  
Et petenti veniam reo concedebas,  
Peccatrici primitus surgens apparebas,  
Magnam peccatorib⁹ spem in hoc prebebas.

Iesu, qui pro miseris tanta pertulisti,  
Qui resurgens venia nobis spem dedisti,  
Non relinquas orphanos, quos sic redemisti,  
Sed

**Sed mitte paraclitum, quem tuis misisti.**  
**Iesu princeps gloriæ, Deus maiestatis,**  
**Qui pro orbe grauia pertulisti gatis,**  
**Iam sedes in solio summæ Trinitatis,**  
**Nos clementer aspice vultu pietatis.**

**Fac nos tuo iugiter amore flagrare,**  
**Et ad tuam gloriam semper aspirare,**  
**Virtutes acquirere, vitia vitare,**  
**Mente cum cœlestibus semper habitare.**

**Fac nos ita memores tuæ passionis,**  
**Vt simus participes resurrectionis,**

Per-

Perfruentes gloriā tuā visionis,  
Et tuis perennibus abundare bonis.

A M E N.

## INSTRVCTIO CVIVS.

libet Religiosi ad bene beateq; vi-  
uendum: & potest cani in melodia,  
qua, Patris sapientia.

C Hristus nobis tradidit  
Hanc normam viuendi,

Vt humana vanitas  
Possit vilipendi,      K      Et

**Et æternum gaudium  
Queat compræhendi,  
Quod nec potest concipi,  
Necq; lingua dici.**

**2.**

**Christus quicquid fecerat,  
Nostra est doctrina:  
Quicquid ipse pertulit,  
Nostra medicina.  
Omnia patrata sunt,  
Ut nos à ruina**

**Sale**

**Saluaret clementius  
Pietas diuina.**

3.

**Eia ergo Clerice,  
Verus hæres Christi,  
Quite, spredo sæculo,  
Deo spopondisti,  
Age nunc viriliter,  
Sicut incepisti:  
Ipse te non deseret,  
Quite dedisti.**

K 2

**Quic-**

4.

Quicquid tibi accidit,  
Quicquid patieris:  
Christum semper respice,  
Ipsumq; sequēris.  
Forma vitæ tuæ sit,  
Sicq; semper eris.  
Patienter sustine,  
Vt tu coroneris.

5.

Cùm in Choro steteris  
Laude in diuina,

Vz

**Vagam mentem erige,**  
**Ne ruat supina,**  
**Cogitando vanius**  
**De mundi sentina:**  
**Ad laudis dulcedinem**  
**Mentis cor inclina.**

6.

**Longis in vigilijs**  
**Choro stans ligatus,**  
**Cogitabis qualiter**  
**Christus flagellatus,**

Pro tuo peccamine,  
Sitq; morti datus:  
De tali spectamine  
Sit tuus cogitatus.

7.

Quando in capitulo  
Eris proclamatus,  
Et propter inuidiam  
Fortè accusatus,  
Durus tibi fuerit  
Præsidens, Prælatus:

Paties

Patienter sustine,  
Et eris beatus.

8.

Christi patientiam  
Voluc tunc in mente,  
Quidamnatus extitit  
Pessima à gente,  
Quæ ipsum alloquitur,  
Ipso nîl loquente,  
Vt agnus obmutuit  
Coram se tondente.

K. 4

In

9.

In labore manuum  
Quamuis tu graueris:  
Omni patientia  
Tu fac quod iuberis,  
Et hoc voluntarie,  
Dono ne priueris:  
Et perfectus Clericus  
Coram Deo eris,

10.

Laborando cogites:  
Christus non quieuit,

Vitis

Vilis carnis commodum  
Ociando spreuit,  
Portans crucem propriam  
Mandatum impleuit:  
Sic exemplum exhibens  
Facere consuevit.

II,

Cùm in Refectorio  
Bene non condita  
Dantur necessaria,  
Languescente vita:

K 5

Be-

Benedicas Dominum,  
A quo sunt largita,  
Patienter sustine,  
Et cogitabis ita:

I2.

Brevis erit terminus  
Huius malæ vitæ.  
Christus hoc sustinuit,  
Sustinebis rite.  
Magnum erit præmium,  
Quies sine lite.

Dulcis

Dulcis vox ad gaudium,  
Dilecte mi venito.

I5.

Cùm in tuo lectulo  
Stramenta sunt dura,  
Et labore lassa sunt  
Genua & crura:  
Nihil vani cogites,  
Penses mente pura,  
Et de rebus sœculi  
Non sit tibi cura,

Tua

14.

Tua meditatio

Sit de cruce Christi,

Omnibus quæ durior,

Quæ tu pertulisti:

Qualiter redemptus sis,

Quod non meruisti,

In tuoq; lectulo

Sint tractatus isti.

15.

Si te tentat Dominus

Per infirmitatem,

Vet

**V**el dolorum grauium  
Per diuersitatem:  
**H**abe patientiam,  
Senti pietatem.  
**DAd vtilitatem.**

**16.**

**C**hristus personaliter  
Pertulit dolores,  
**E**t dolore patitur,  
**Q**uos scit chariores,

**VI**

Vt dolendo iugiter  
Fiant clariores,  
Et cum cœli ciuibus  
Habeant honores.

I7.

Pro tuis miserijs  
Habebis mercedem,  
In cœlesti gaudio,  
Claritatis sedem:  
Hic viuendo misere  
Impetrabis ædem

Ange-

Angelorum, ideo  
Sustine tuum pedem.

18.

Prælatus si te diligat  
Vna cum Priore:  
Hos seruare studeas  
Summo cum honore,  
Hos turbare caueas,  
Mente, corde, ore,  
Etsyncerè diligas  
Omni cum honore.

Ioseph

19.

Ioseph Christi fuerat  
Pater putatiuus,  
Quem Christus dilexerat,  
Quamuis genitiuus  
Ipseq; non fuerat,  
Tamen Subiectiuus  
Esse sibi voluit,  
Exemplar positiuus.

20.

Summè tamen caueas  
Esse adulator, Falsam

Falsam rem dicere,  
Et falsificatur,  
Ne placendo ipsis, sis  
Pauperum damnator.  
Mortem prius elige,  
Quam sis criminator.

21.

Talis Iudas extitit,  
Dispensator Christi,  
Quem mercando tradidit:  
Sic sunt omnes isti,

L

Qui

Quipro gula pauperes  
Damnant vultu tristi,  
Hos in pœnis pessimis  
Deus iubet sisti.

22.

Sinon habes gratiam  
Tuorum prælatorum,  
Manus tunc incidere  
Timeas eorum,  
Et Christo adhæreas,  
Frequentando chorum.

Ipse

**Ipse te custodiat,  
Qui est rex cælorum.**

23.

**Christus Dei filius,  
Doctor veritatis,  
Reclamauit publicè  
Viam falsitatis.  
Propter hoc displicuit  
Scribis, & prælatis.  
Talia sisustines,  
Sustinebis gratis.**

L a Si

**S**i per negligentiam  
Fueris redargutus,  
**H**abe patientiam,  
    Tacens quasi mutus.  
**R**espondendo friuole  
    Non sis dissolutus.  
**S**cienſ linguam regere,  
    Eris semper tutus.

25.

**C**hristus puer paruulus,  
**S**alus nostrę spei,

**Virgām**

**V**irgam matris timui;  
Obediendo ei:  
**N**on loquendo moritur,  
Impij Iudei  
**D**um cruci affigerent  
**V**erum natum Dei.

26.

**Q**uando tu ab aliquo  
Fueris turbatus,  
**D**ebeis ei ignoscere,  
**Q**uamuis non rogatus.

L 3

In

In bono malum vincere  
Semper sis paratus:  
In tali patientia  
Fælix monachatus.

27.

Sic te Christus docuit,  
Verus rex cœlorum,  
Patienter doluit,  
Quando Iudæorum  
Pertulit opprobria,  
Nil referuans horum,

Pati-

Patiendo supplicat,  
Memor miserorum.

28.

Si aliquem de fratribus  
Videris errare,  
Hunc cum mansuetudine  
Debes increpare,  
Tua propter monita  
Si non vult cessare,  
Tibi sit ut Ethnicus.  
Ethoc dico quare?

L. 4 Christus

29

Christus multos docuit,  
Qui non sunt saluati,  
Quibus pie praefuit,  
Manserunt ingrati.  
Cautè arguendi sunt,  
Qui sunt insensati,  
Ne retractent turpiter,  
Qui nūl volunt pati.

30.

Si ex vehementia  
Aliquem turbāsti

Sig<sup>r</sup>

**S**igno, verbo, facto'q;  
Quicquid perpetrâsti,  
Roga vt dimittat hoc,  
In quem tu peccâsti,  
Et emendare studeas  
Instar viri casti.

31.

**Q**uem Christus non læserat,  
Vt habuit placatum,  
Inimico blandiens,  
Efficit beatum.

**L** s **Hoc**

Hoc exemplum exhibens  
Optimum, beatum:  
Tuum aduersarium  
Duc ad bonum statum.

32.

Si arrident prospera,  
Tunc non exalteris,  
Semper te humilia,  
Cautè glorieris.  
Deus dat hæc omnia,  
Quæ tu depreceris.

Quis

**Quis sis, qualis intra te,  
Semper memor eris.**

33.

**Christus rex altissimus  
Non se exaltauit,  
Sed pro te humiliter  
Se humiliauit.**

**Quicquid es, ab eo es,  
Ipse te creauit.**

**Ille te humilies,  
Qui sic te beauit.**

**Si**

34.

Si precellis alios  
Aliqua virtute,  
Hos noli despicere,  
Te regendo tutè:  
Sed collauda Dominum  
Tua Pro salute,  
Non spernendo alios,  
Sic saluabis tu te.

35.

Non spreuit Altissimus  
Viles peccatores,

12

In hoc docens verius,  
Quod inferiores  
Non debemus spernere,  
Neque viliores,  
Exhibendo iugiter  
Omnibus honores.

36.

Situo iudicio  
Iam simpliciores  
Præferuntur alijs,  
Et sunt digniores,

Quo-

Quorum tibi displiceret  
Tam vita, quam mores:  
His, si Deum diligis,  
Exhibe honores.

37.

Qui tua potentia  
Cœlum, terram rexerit,  
Regi à simplicibus  
Pro te non despexit,  
Crucis mortem pessimam  
Pro te non neglexit.

Quid

**Quid pro illo sustines,**  
**Qui sic te dilexit?**

38.

**Illud semper cogita,**  
**Ad quid tu venisti.**  
**Cui seruis, propter quid,**  
**Quem tu quæsiuisti,**  
**Et labores maximos,**  
**Quos tu pertulisti,**  
**Noli gratis perdere**  
**Stans in laude Christi.**

**Quid**

39.

Quid ad te, si alii  
Currunt indirecte.  
Gressus tuos dirige,  
Ambulans perfecte.  
Christus viam docuit  
Ambulandi recte,  
Quem sequendo iugiter:  
Cor, & crura flecte.

40.

Christus pro te pertulit  
Plurima tormenta,

Et

**E**t ei Compassa sunt  
Cuncta elementa.  
**Q**uae in corde s<sup>a</sup>pius  
Tuo repraesenta.  
**P**atienter sustine  
Pauca tentamenta.

41.

**S**i commotus fueris,  
Ille perturbatus:  
**V**erbera si sustines,  
Ille flagellatus:

**M**

**Iustē**

Iuste si argueris,  
Hic male tractatur:  
Quicquid mali sustines  
Ille plus tristatur.

42.

Deo semper seruias  
Cum stabilitate,  
Stabiliri expetas,  
Sua pietate.  
Ne perdas miserias,  
Quas cum grauitate

Aequi

**A**cquisisti longius,  
Has non moue à te.

43.

**N**il valet incipere,  
Nisi compleatur.  
**L**aus in fine canitur,  
Et corona datur,  
**C**hristus post miseras  
Cælo coronatur.  
**N**oli retrospicere,  
Merces ne perdatur.

M 2

Tua

44.

Tua Consolatio  
Sacra sit scriptura,  
In qua sæpe studeas,  
Perlegendo plura.  
Multa tu inuenies,  
Quæ sunt placitura,  
Quæ te à multiplici  
Liberabunt cura.

45.

Nihil est utilius  
Sacra lectione,

Vel

**V**el orare Dominum  
Cum deuotione.

**I**sta reddunt hominem  
habilem coronæ  
**E**rgo tuum studium  
In illis expone.

46.

**I**n tribulationibus,  
Pauper tu Clericule,  
Inuoca auxilium  
Inclytæ Puellæ

M 3 Mariæ,

Mariæ, ut adiuuer,  
Ne lædant procellæ.  
Ipsa te eripiet  
A doloris felle.

47.

Quicquid facis, vbi sis,  
Claustro, vel in via:  
Illa semper tecum sit  
Dulcis vox Maria.  
Hæc est custos pauperis,  
Et matrona pia.

Hæc

Hæc tuum viaticum,  
Tua medicina.

48.

Dèum patrem gloriæ  
Lauda omni hora,  
Et credendo firmiter  
Debitè honora,  
Qui te sibi simulat  
Specie decora.  
Cui vt tu placeas,  
Sedulò labora.

M 4

Eius

49.

Eius quoq; filium,  
Nostrum consolamen,  
Pro te piē inuoca,  
Atq; sacrum flamen,  
Ut omnes nos adiuuet,  
Qui timent turbamen,  
Et à malo liberet  
In æternum. A M E N.

ORATIO SVPER, AVE  
M A R I A.

A Ve virgo, virgula flosculi regalis,  
Quam in matris clausula virtus diuinalis  
Exemit à macula culpæ generalis,  
Ut illustres sœcula, decor virginalis.

Maria tu syderis instar luminosa,  
Stella maris diceris verè radiosa.

Nondum nata crederis tota gratiosa,  
Carens culpa veteri, summa cœli rosa.

Gratia progenitam te Deus igniuit,

M s

Vt

Vt lucernam inclyram, lumine vestiuit,  
Cuius luce perditam drachmam requisiuit,  
Et ad vitæ semitam ducens insigniuit.

Pleia luce gratiæ rutilans decora,  
Solem tu iustitiæ præuenis aurora:  
Tota pulchra specie, fulgens omni hora,  
Noctem delinquentiæ fugas sine mora.

Dominus cùm hominem voluit necari,  
Omnium tu Dominum gaudes incarnari,  
In te, virgo virginum, quo nos scis beari,  
Angelorum agminum turmas reparari.

Tecum

Tecum Dei filius, qui te dedicauit,  
Et ut vitrum radius solis subintravit,  
Carne sumpta propria te inhabitauit,  
Ac nos sibi proprios per te copulauit.

Benedicta filia, quæ paris parentem,  
Lactis alimonia nutris te paucemem,  
Stringis inter brachia cuncta condientem,  
Cuna cingis fascia omnia regentem.

Tu in mulieribus virgo concepisti,  
Et sine doloribus virgo peperisti,  
Post partum in omnibus virgo permanfisti.  
**Sola**

Sola sic hominibus vitam contulisti.

Et sic semper speculo purior manebas,  
Nec legali vinculo mater subiacebas,  
Tum cum infantulo virgo procedebas,  
Hostiam pro paruulo templo afferebas.

Benedictus filius per te nobis datus,  
Et in templo gratius patri presentatus,  
Sed in cruce pleniuss per se immolatus,  
In altari crebrius pro nobis oblatus.

Fructus tuæ cœlicæ conuersationis,  
Speculum angelicæ imitationis,

For

Formam dat mirificæ contemplationis,  
Exemplum magnificæ operationis,  
Ventrī tui castitas cœlum decorauit,  
Corporis fæcunditas mundum reparauit,  
Cordisq; humilitas Deum inclinauit,  
Virtutum nobilitas mores reformauit.

Tui ventris filio nunc associata,  
In regalisolio à dextris nunc locata,  
Excellentipræmio regnas sublimata,  
Summo priuilegio omnibus prælata.

Iesus carnis stemmate iam te prædotauit,  
**Sceptro**

Sceptro regni themate te præ honorauit,  
Regni diademate pulchrè coronauit,  
Angelorum pneumatē mirè collaudauit.

Christus patris dextera per te nos emendet,  
Pietatis viscera in nobis fæcundet,  
Charitatis opera largius secundet,  
Ut per noua foedera cordis pax abundet.

Amen dicant omnia, ut nunc per te, pia,  
Renouemur gratia, virgo mater dia:  
Da gustare gaudia cœli nos in via,  
Tandem tecum gloria perfrui, Maria.

A M E N.

Univ. Bibl.  
München

B

B

B

